

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Hortvs Ciceronianvs sive Flores Apophthegmatum &  
Historiarum e Scriptis Ciceronis in Vsum &  
delectamentum Studiosae pubis excerpti**

**Omeis, Magnus Daniel**

**Norimbergae, 1699**

25. Laban

**urn:nbn:de:bsz:31-105410**

bole formosiore augetur, non tamen, ut in cæteris bonis, duplicata; prior enim in Dei adhuc manibus vivebat, quamvis fuerat extincta mundo.

**25. LABAN.**

Laban Syrus, Jacobi avunculus, homo turpis avaritia, abominandus calliditate, improbus perfidia; nullo lucro satiatur, nulla copia expletur, nullo beneficio mitigatur. Sororis filium greges suos curantem, propter fidem & diligentiam, generum legit, eumque & in collocanda filia, & in mercede numeranda semper fraudat. Abjecta agnati, soceri, patris, avi affectione, amitinos & affines inter se committit: deinde etiam fratrum & sororum animos conjunctos distrahit. Jacobus ab eo plurimos annos despiciatui habitus, Deo jubente, furtim cum sua familia au- fugit: quem socer turris armatis per-

persequens, retracturus ut mancipiū  
erat, nisi monitu Dei cohibita fuisset  
præceps infania. Post acerbis expo-  
stulationes foedus inter se ferunt, &  
exstructo aggere in monte Gileado, in  
perpetuum illius vinculi testimoniū,  
locum novo nomine designant.

26.

LEA,

Lea Labanis impiū honesta filia,  
amitino suo Jacobo astute est conci-  
liata, fraudulente tradita. Hæc  
propter lippitudinem minū chara  
marito, propter fœcunditatem foro-  
ri invisā est. Ipsa vero minime mo-  
rosa aut qverula, a matronæ patien-  
tis & modestæ officio non recedit,  
contemptumqve & invidiam fert sub-  
misse. Mortua ad tumulos Saræ &  
Rebeccæ colligitur. Mater Judæ fuit,  
a quo & tribus peculiaris, & tota  
gens Judæa appellatur; & ex ejus san-  
gvine atqve stirpe tandem Messias  
Christus nascitur.

27. RA-

27.

Rac  
cie & mo  
pecoris  
ad spectu  
pro ipsa  
In matr  
ret. diu  
dem Do  
præclar  
marito  
lacræ &  
mento  
eludit a  
riculo.  
lehem  
nere mo  
loco &  
posuit  
cum fau  
bus, ut  
lis & Le